



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Corpus Doctrinæ Christianæ**

**Melanchthon, Philipp**

**Lipsiæ, 1572**

**VD16 M 2890**

**Et Dimitte Nobis Debita Nostra.**

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36094**

PANEM NOSTRVM QVOTIDIANVM  
DA NOBIS HODIE.

I D est, uictum, pacem, defensionem, bonam ualeudinem, libe-  
res uocationum perferre possumus, successum in rebus gerendis, iu-  
uocationem, liberorum educationem, mediocrem tranquillitatem,  
hospitia, politias honestas, disciplinæ, iuris, iudiciorum cunctas, &  
non dissipatas seditionibus, laxatione disciplinæ, aut bellis.

ET DIMITTE NOBIS DE-  
BITA NOSTRA.

TOTIES iam dictum est, in omni preicatione primum petere  
esse remissionem peccatorum, & fidem de conciliatione tempe-  
tare prælucere ceteris petitionibus. Semper initio missarum Chri-  
stum intueamur, & petamus ac credamus nos propter eum recipere  
audiri, sciamus hunc sacerdotem pro nobis interpellare, & uocare  
ad Deum accedamus, sicut saepe dictum est: Iustificati fide parab-  
hemus, & accessum ad Deum. Item: Habentes pontificem Iesum au-  
damus cum fiducia ad thronum gratiae. Cum igitur semper in invoca-  
tione indignitas nostra nobis obstrepat, ac deterreat nos a Deo, &  
trepidæ menses fugiant Deum, hic simul iubet Christus, ut penitus  
reconciliationem: & non iuberet petere, nisi uere datus esset. His  
igitur attenta mens de remissione peccatorum, & de Mediatione Chi-  
sto diligenter cogitet. Est autem insignis confessio Ecclesiz, in his ip-  
sis verbis agnoscens se circumferre peccata & multiplices infi-  
ratatem. Sed consolatio hic proponitur. Cum enim ipse Christus uideat  
nos petere remissionem, haud dubie eam donabit. Et in hac remis-  
sione mens simul recordetur expressas promissiones, ut 1. Ioh. 1. Si di-  
rimus nos non habere peccata, ipsi nos seducimus, & ueritas in nobis  
non est. Si confitebinur peccata nostra, fidelis est & iustus, ut remi-  
tat nobis peccata nostra.

Quod autem hic additur: SIC VIT NOS REMITTIMUS: alio-  
nemur de penitentia, ne perseueremus in delictis contra conscientiam.  
Quia cum mens retinet contemnum Dei, non exaudire, iuxta illud  
Peccatores Deus non exaudit, uidelicet perseuerantes in delictis  
contra conscientiam. Et 1. Ioh. 3. dicitur: Si cor nostrum non re-  
henderit nos, fiduciam habemus erga Deum, imperatores nos cœtu-  
que perimus, id est, si non perseueramus in delictis contra conser-  
tiam. Eodem pertinet dictum Matt. 5. Si munus offeres ad altare, &  
recordatus fueris, fratrem aliquid contra te habere, &c. Et pauli  
Prophetæ inculcant hanc sententiam, non placere Deo cere-  
moniam, ut Isaiae 1. & 58.

Cott.

COGITEMVS autem quam uere miserum sit, non posse cōfugere Deum, non habere Deum protectorem, non gubernatorem, non opificem, posse opprimi a Diabolo, aut humanis erroribus demanuare. In his tantis miseriis & periculis sunt omnes homines, qui cum in delictis contra conscientiam perseverent, non possunt inuocare Deum. Excitemus igitur nos ad p̄niteniam, & emendemus nos. Ceterum & hoc sciamus, agenti p̄niteniam remitti culpam pruis propter Christum, ut supra x̄pē dictum est.

## ET NE NOS INDUCAS

## IN TENTATIONEM.

Ide est ne finas nos pertrahi a Diabolo ad impietatem, & ad alia scelera, defende nos contra Diaboli infidias, rege nos tua luce, tuis consiljii, ne finas nos rueri deceptos nostris erroribus, aut impulsos inexcillitate carnis. Magna & admiranda sapientia & uirtus fuit David, hinc tamen uidemus aliquoties impulsum alias a Diabolo, alii uirum errore, ut cum iubet numerari populum. Cum igitur magis sit infirmitas omniū, tu nos æterne Deus, Pater Domini nostri Iesu Christi, rege, & ostende nobis salutaria consilia in priuatis & publicis negotijs, & confirma corda nostra Spiritu sancto tuo, ut ti obtemperent, ut simus non organa iræ, sed organa misericordiæ, & utilia Ecclesiæ.

## LIBERA NOS A MALO.

PERRITO generalis est, quæ petit liberationem ab omnib. miseriis & trammis huius uite, a peccatis, a tyrannde Diaboli, a scandala, ac latitatuibus publicis & priuatis, ut uidelices cum uniuersitate Ecclesia erupta ex præsentibus miseriis, donemur luce, iusticia, & uitæ eterna, & suauiter dulcissima confuetudine Dei æterni, & Domini nostri Iesu Christi, Amen. VIDES igitur res perendas optimo ordine complexum esse Christum in hac forma, quam nos recitate iussit. Exesse enim inquit: Sic dicentes precamini, ac nominat res æternas, immortales, corporales, præsentes & futuras. Vult te de tota uira cogitatio, immo de tota æternitate, de præsentibus & futuris periculis, quoniam cogitatio certe exuscitat animos ad inuocationem debet. Quid vero initio monui, cogitandum esse quem Deum inuoces, ubi se hic Deus parcererit, an & cur exaudiat, id attente considerandum est, ne magior animi inuocatione, sicut Ethnicorum animi uagantur. Ideo filius Dei æternus assumit humanaum naturam, ac nobiscom familiariter uersus est, ut inuocantes cogitent hunc uere esse Deum, qui se parcerit missò hoc filio evidenter testimonis, & æternum Patrem, de hoc filio testificante alioquantur. Formam igitur supra recensui.

F 4 OMNI-